



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 13322648

§. 72. Principiis Eugenii de Sabaudia responsum ad Papæ literas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67649)

Sæc. XVIII. sibi arrogantes, hunc Episcopatum va-
A. C. 1716. care declararunt, Ducemque coegerunt
 ut relicta Episcopatus administratione,
 Weidam Osterreichiæ in terris hæredi-
 tariis sedem suam transferret. Post-
 quam vero præfatus Dux die decima
 sexta Octobris anno hujus sæculi decimo
 octavo Pegavii, ne Imperialis Directorii
 prærogativam amitteret, ad vomitum
 redierat, Episcopatus administrationem
 rursus quidem obtinuit, paulopost ta-
 men die decima quinta Novembris mor-
 billis misere periit.

§. LXXII.

*Principis Eugenii responsum ad Papæ
 literas.*

Postquam Eugenius Princeps unacum
 honorifico dono summi Pontificis
 literas receperat, debitas repensurus
 gratias hanc ad eundem dedit episto-
 lam:

„Post Dei Maximi clementiam piis
 „Beatitudinis vestræ excitatam oratio-
 „nibus, qua nuper arma Cæsarea con-
 „tra infensissimum Christiani Nominis
 „hostem ad Petro - Varadinum trium-
 „phare contigit, nihil mihi majus,
 „optatiusque accidere potuit, quam
 „gratiocissimæ Sanctitatis vestræ con-
 „gratu-

„gratulationes, inventaque per Hora-
 „tium Rasponium Equitem Jerosolymi- Sæc. XVIII.
 „tanum omni ex parte clarum, acce- A. C. 1716.
 „ptumque, transmissi Ensis ac Pilei con-
 „decoratio, quæ tum ea, qua fieri po-
 „tuit, solemnitate peracta, me non
 „modo Divini favoris admonebit, ve-
 „rum etiam ad majores justæ Dei, Cæ-
 „saris, & Christianæ causæ excitabit
 „conatus. Quos dum sub tanto Pon-
 „tifice felices spero, Divinam quoque
 „opem in subsidium invoco, velit me
 „acceptæ gratiæ dignum reddere. &
 „Beatitudinem vestram pro ampliori
 „gloria suæ sanctæ Causæ & Cæsaris
 „promotione diu salvam, incolumem-
 „que servare, cujus sanctissimos pedes,
 „dum omni cum reverentia exosculor,
 „respectuosissima etiam cum venera-
 „tione maneo.,,

§. LXXIII.

*Summi Pontificis Constitutiones, &
 varii argumenti Epistolæ.*

Præterea summus Pontifex omnibus, Bull. magn.
 publicisque Christiani Orbis neces- Clem. Const.
 sitatibus intentus, varias edidit Con- 83. p. 164.
 stitutiones, & quidem die octava Au-
 gusti per speciales literas Lusitanæ Ec-
 clesiasticis in favorem Regis pro Tur-
 cici belli sumptibus subsidium unius
Hist. Eccles. Tom. LXIX. Cc mil-